



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

12 An privilegium fauorabile extendatur ad alios praeter expressos?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

probat ipse Sanchez *disp. 28, num. 98*. Verum est attenda hac ratione hanc facultatem esse interpretanda ob fines, & circumstantias huius concessionis late explicanda est; sicut de dispensatione in fauorem pae causa, & religionis diximus. Nam finis praecipuus huius facultatis non est aliquid priuatum commodum sustentis auliam, & obsequium lubilatum, sed est commune bonum Ecclesiae & subuentio illius in aliqua publica necessitate. Ergo ex hac parte late accipit interpretationem, item hanc potestas dispensandi, & absoluedi ordinatur ad lucrandum efficacius indulgentiam, & remissionem peccatorum concessam: indulgentia autem & remissio cum sit Principis beneficium nemini nocens, nec iuri communi aduersum, late est explicandum. Ergo etiam & hac potestas: & ita tenet Suarez *lib. 6, de voto cap. 16, num. 3*, Bonacina *disp. 1, q. 3, punct. 7, §. 1, num. 17*, & de indulgent. punct. 7, ad finem. Henricus *lib. 1, de indulgent. cap. 30, in prin.*, Ludouic. Lopez *2 p. tit. de clauis cap. 9, col. 6*.

8 Tertio inferunt, quid dicendum sit de potestate alicui concessa eligendi confessorum qui cum absoluat a censuris & cibus reuerentis; Azor *lib. 5, cap. 23, quasi. 2*, affirmat strictè interpretandam esse ac proinde limitat ad censuras, & peccata praecedentia facultatem, nisi aliter constet de mente concedentis. Mouetur quia si pro peccatis committendis datur, antequam p. debeat libertas peccandi: Ergo non est extendenda ad illa. Frustra ratio, cum hoc per accidens sit, & non à facultate promouens, sed à materia obiectis. Quapropter Bonacina *disp. 1, quasi. 3, punct. 7, §. 1, num. 11*, Salas *disp. 17, sect. 8, num. 51*, exiit mane late esse interpretandam hanc facultatem, comprehendente non solum commissa sed committenda: tum quia verba generaliter prolata generaliter sunt intelligenda tum quia fauer animae saluti, ne peccator in peccatis tordeat. Mihi tamen absolute dicendum videtur hanc facultatem strictè interpretandam esse si ob bonum priuatum ipsius absoluedi concessa fuerit: ac proinde ad solas censuras, & peccata commissa extendi posse, non ad committenda quia est fauor singularis personae derogans legi communi reuerentis: est enim illa facultas in hostia dispensatio & exemptio à lege communi qua ceteri adire sapientem tenentur pro absolutione, ipse vero ab illa obligatione eximitur. Ergo tanquam dispensatio in lege est strictè interpretanda. Ergo non debet extendi ad omnes casus, quibus verba adaptari possunt. Notanter appositum sit. Ad interpretandam esse si ob bonum priuatum absoluedi concessa fuit facultas si ob bonum commune vel ob aliquid singulare ita graue & necessarium ut eius grauitas praeponderet derogationi legis communis concessa facultas late tunc interpretanda erit eaque de causa Salas *illa disp. 17, sect. 8, num. 51*, sibi contrarius his quae dixit *disp. 10, sect. 11, sine*, dicit facultatem eligendi Confessorum per Bullam cruciatam ampliandam esse ut non solum extendatur pro peccatis commissis ante suptionem Bullae sed etiam pro committendis quantumuis fuerint in confessorum Bulla.

P V N C T U M VIII

An privilegium fauorabile extendatur ad alios praeter expressos

1 Non extenditur ad alios praeter expressos, Explicatur exemplis. In aliquibus privilegiis qui censentur ex p. esse.
2 Proponitur quadam obiectio, soluitur.

1 Regula generalis est non extendi ad alios praeter ibi expressos quia tota efficacia privilegii pendet ex intentione significata concedentis quae intentione verbis significatur. Ergo ultra expressionem verborum non potest extensio fieri. Hinc est quod communiter dicitur, privilegium valere tantum quantum sonat, & quibus exemplis regula illustratur privilegium concessum religiosis illis ordinis, in his, quorum sunt capaces & quia in illo priuilegio satis exprimitur, siquidem non attenditur sexus, sed qualitas. Manuel Rodriguez *tom. 1, regul. 99, quasi. 13, art. 21*, Bonacina *disp. 1, quasi. 3, punct. 7, §. 2, num. 2*, Suarez *lib. 8, cap. 10, n. 7*. Verum si in privilegio dicitur, *viris religiosis* ut dicitur in *cap. pastoralis, de privilegiis* hinc ad feminas non extenditur, quia ratio illius nominis viri, feminas non exprimitur, sed potius excluduntur, si Suarez, & Bonacina *supra*. Item privilegium concessum filiis filias comprehendit quia nomine filii & filiae sunt intelligendae ex *l. i. §. 1, filii, cognoscere de verb. sign. & trad. opime Martenzo lib. 5, recopilat. tit. 7, §. 11, à num. 5*. Secus verò & si dicitur filiis masculinis, feminas tunc manent exclusae sic Rebuff. *in l. 1, de verborum significat. verbo masculinis*, Suarez, Bonacina *supra*. Esto contra videatur tenere Emanuel Saa *verbo gratia, num. 1, in vtriusque editione*; ibi in privilegio nomine marium comprehenduntur etiam feminae: & *verbo interpretatio, num. 3*, dicit in fauorabilibus masculinum comprehendere femininum scus in contractibus, item privilegium fratibus, sororibus est commune nisi aliunde ap-

pareat restrictio; quia sub nomine fratrum sorores veniunt intelligendae ex *l. Lucius, 93, §. quaevisum ff. de legat. 3*, ubi dicitur nomine fratrum in testamento sorores intelligi, nisi aliud de mente testatoris constet. Idem habetur in *l. yres fratres ff. de passis & trad. Tiraquell. lib. 1, de retract. lignagier §. 1, glossa 9, num. 200*, Suarez *lib. 8, cap. 10, num. 7*, Bonacina *num. 4*. Nominem autem filiorum non veniunt nepotes regulariter loquendo, quia sub nomine filii in iuroribus significatio non comprehenduntur: sic Rebuff. *in l. liberorum, num. 20, ff. de verborum significat. Barbosa in l. maritum, num. 80, ff. soluto matrimonio*. Quare in privilegio concessum filiis, ad nepotes extendatur, debet ex iuris dispositione, vel alia via de mente concedentis constare, sic Suarez *lib. 8, de legibus, cap. 11, num. 6*, & sic intelligit authent. *si quis, C. qui potiores in pignore habeantur, & l. i. §. 1, ff. de verborum obligation. in quibus locis nomine filiorum solent nepotes intelligi.*

2 Sed obici potest primo privilegium concessum Sacerdoti celebranti tempore interdicti, conceditur ministro eius, & domino conceditur secus: at nec minister sub nomine Sacerdotis, nec seruus sub nomine domini exprimitur. Ergo iam privilegium extenditur ad alios praeter ibi expressos. Secundo privilegium nobilitatis concessum marito ad uxorem extenditur, & concessum patri, ad filios: at vxor sub nomine mariti non comprehenditur neque filius sub nomine patris. Ergo.

Facilis est horum solutio.

Ad primum dico, Dupliciter aliqua in privilegio exprimi possunt, formaliter: vel virtualiter quoumque autem modo in privilegio exprimitur ad illa privilegium extenditur, exprimitur autem virtualiter omnia illa, sine quibus privilegium iuribus redderetur. Nam concedens privilegium intendit commodum eius vsum concedere, & consequenter omnia illa quae huiusmodi vsum vel ex praepcepto, vel ex consuetudine annexantur: cum autem ceieb auctori annexat, minister, si conceditur privilegium Sacerdoti & ministro virtualiter conceditur: sic privilegium concessum Sacerdoti ad celebrandum, vel cultibus alteri ad audiendum diuina tempore interdicti, conceditur etiam familiaribus qui cum comitari solent, *cap. licet, de privilegiis, in 6*, quia alia inutilis redderetur concessio, si quidem ex consuetudine habet, cum pergit ad audienda diuina deferre illum com ratum. Hinc inferit Suarez *lib. 8, cap. 11, num. 7, & 8*, & ex illo Bonacina *disp. 1, quasi. 3, punct. 7, §. 2, num. 6*, si Sacerdoti concedatur privilegium recitandi matutinum statim post meridiem (ut ipsemet Suarez habebat) concedi consequenter socio cum illo recitanti, quia conceditur privilegium iuxta vsum ab Ecclesia receptum at vsum Ecclesiae est recitare cum socio. Ergo socio conceditur, alias fore inutile esset privilegium, siquidem cogere tur saepe recitare solus, cum raro inuenitur socium qui recitare vellet scens obligationi propria non satisfacere. Ind. cat. Saa *verbo gratia, num. 30*.

Ad secundum fateor privilegium nobilitatis marito concessum, ad uxorem extendi, & concessum patri ad filios, non ex vi illius privilegii quo maritus, & pater nobilitantur, sed ex alia iuris dispositione, qua causetur quoribus marito aut patri privilegium nobilitatis conceditur, vxorem, & filios illo gaudeat ex *l. femina, ff. de Senatoribus, & l. 1, Cod. de dignitatibus, lib. 1*. Hac autem nobilitas communicatur vxori, & filiis, si uti communicatur marito. Quocirca, si nobilitas marito ingenta sit, vxor per participationem, tam viuentis marito, quam illo mortuo nobilitas permanet, & idem est de filiis: si autem nobilitas non ex sanguine, sed ex officio, & munere marito adueniat tunc distinguendum est: si perpetua sit in matrico etiam renunciat officium, ad vxorem, & filios transit illo etiam mortuo si autem cum officio coniuncta sit nobilitas, solum dum illud durat, nobilitas existit maritus & filii: sic Suarez *lib. 8, de legibus, cap. 11, num. 13, & 4*, consentit ex parte Azor *lib. 5, cap. 23, quasi. 4*, cum Patroimian. in *cap. licet, de censibus*, & Cyno *in l. 2, Codic. de Episcopis & clericis Syluester privilegium, quasi. 5, Salas disputat, 17, sect. 11*, Bonacina *disputat, 1, quasi. 3, punct. 7, §. 2, num. 10*. Efficitur ergo ex his veram esse regulam positam, nunquam privilegium extendit ad alios praeter expressos formaliter, vel virtualiter in privilegio siquidem: ut privilegium nobilitatis extenditur ad vxorem, & filios necessaria sunt noua iuris dispositio. Quapropter si privilegium exemptionis à tributis concedatur marito, ob eius necessitatem, aut aliam rationem, excepta nobilitate, non extenditur ad vxorem neque ad filios sic Azor, Salas, & Suarez *supra*. Sicut privilegium canonis fori concessum clerico coniugato non extenditur ad eius vxorem & filios, quia nec iure habetur talis extensio neque etiam erat conueniens siquidem clerico conceditur ob dignitatem clericalem, quae vxori communicari non potest: ac tandem ratione matrimonij in ipso clerico eius privilegium coarctatur, ut constat ex *cap. unico de coniugato, in 6*, & Tridente *sect. 23, cap. 6, de reform. eo quod non sit ita ad diuinum obsequium expeditus ac si liber existeret*: Ergo longe erit ab extensione in ordine ad alios sic Sanchez plures inferens *lib. 7, disp. 47*.

diff. 47. n. 1. Et 3. Suarez lib. 8. de legibus, c. 11. n. 3. Bonacina diff. 1. quat. 3. punct. 7. §. 2. n. 9.

PUNCTUM XIII.

Extendaturne privilegium ad casus alios, vel personas, in quibus est similis, vel efficacior ratio.

- 1. Negativè respondetur.
- 2. Proponuntur quedam obiectiones.
- 3. Quid sentiat Sanchez.
- 4. Responditur non esse extensionem faciendam etiam in favorabilibus de casu ad casum, nec de persona ad personam.
- 5. Satisfacti postis obiectionibus.
- 6. Quid dicendum de potestate legitimandi adulterinum, & incestuosum, si utrumque vitium in eadem persona concurrat? Proponitur dubitandi ratio.
- 7. Resolvitur te posse legitimare.
- 8. Quomodo limites Sanchez, Explicatur eius limitatio.

EX supradicta regula in puncto præcedenti opposita liquet videtur conitari, privilegium extendi non posse ad casus alios, vel personas ob similitudinem, vel maiorem rationem, tenet expressè Salas diff. 20. de legibus, sect. 11. num. 10. Suarez lib. 8. cap. 28. n. 11. Bonacina diff. 1. de legibus, quat. 3. punct. 7. §. 1. num. 13. Et §. 1. num. 11. Et §. 12. & alij plures, quos ipsi referunt. Ratio est manifestata, quia tota efficacia privilegij ex voluntate concedentis significata pendet: ipse autem concedens verbis exprimit suam voluntatem, cum igitur hæc verba casum, vel personam similem non comprehendunt, ad illos privilegium extendi non potest. Item privilegium est quedam lex privata, quam Princeps alicui concedit ob specialem rationem. Ergo etiam eadem, & efficacior ratio sit in alio, non obinde inferretur Principem illi privilegium concessisse, ac proinde neque privilegium habere, sed solum inferretur esse privilegium dignum. Deinde etiam in alio similis ratio sit, ut Princeps privilegium concedat: si prius privilegium concessum non fuisset: at posita iam priori concessione, sæpe non videtur sufficere: efficacior enim ratio requiritur, ut pluribus communicetur idem privilegium, quam si tantum uni concedatur. Denique si ob similitudinem rationis liceret privilegia extendere, nihil esset in privilegiis firmum, & plures contra voluntatem privilegiantis privilegium haberent: concessio enim patri privilegio, esset concedendum filio, imò extraneo, si in eo eadem ratio militat: & concessio alicui speciali religioni omnibus aliis alicuius esset concedendum, & uni militi, omnibus aliis militibus æ qualibus, quæ omnia sunt absurda: non igitur est extendendum ad casus similes.

3. Sed obijci potest primò, quia in lege datur extensio ob similitudinem rationis. Ergo etiam in privilegio. Et confirmo ex eo, quod dicitur, de consensu, vtili, vel iniuriis, ubi ex eo, quod admittitur reses alàs non admittendi, arguit Pontifex se moveri ad concedendam innovationem privilegiorum, eiusdem æquivalens similitudinem provocatus. Ergo datur in privilegij extensio ob similitudinem rationis.

Secundò probatur ex cap. ex parte tua, 27. de decimis, ubi privilegium concessum percipiendi decimas de laboribus terrarum parochiarum, extenditur ad novalia; quia ubi maius conceditur, minus concessum esse videtur, facit regulam juris §. 3. in 6. Cui licet quod est plus, licet vitiare, §. 1. in 1.

Tertio ex cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi, ubi Pontifex probat dispensationem illegitimè concessam ad actus spirituales, extendi ad temporales, quia quod in maiori conceditur, licitum esse videtur & in minori.

Quarò privilegium ad dispensandum in votis, extenditur ad vota iurata, quia est eadem ratio, item extenditur ad illa commutanda: & privilegium testandi extenditur ad faciendum codicillum, vel donandi causa mortis. Et facultas concessa clerico beneficiario accipiendi fructus in absentia causa iudiciali Theologiam, extenditur etiam ius canonicum audit. Ergo iam privilegium extenditur ad casum similem.

3. Propter aliqua ex his argumentis Sanchez lib. 8. diff. 1. num. 33. Et sequenti, est admittat in dispensationibus odiosis, non valere argumentum à paritate rationis, vel à maiori ad minus: ac in favorabilibus admittit valere quidem, & num. 34. dicit valere argumentum à maiori, quando casus, in quo dispensatur, rationem expressam concessionis continet, & n. 36. concedit valere argumentum à maiori ad minus in his quæ à ratione, vel lege inducuntur; secus verò in dispensationibus ab homine concessis, & diff. 3. num. 1. dicit potestatem dispensandi non extendi ad casus, qui non comprehenduntur sub lata forma concessionis, extendi tamen ad consecutiva, etiam separabilia, in quibus est eadem, vel maior ratio. Et Emanucl Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 1.

Sua verbo gratia, n. 14. dicit absolute privilegia extendi ad casus similes.

4. Ceterum retinenda est indennis conclusio posita, non solum in dispensationibus, & in privilegiis odiosis, in quibus est regula iuris in 6. Quia à iure communi exhorbitant, non sunt ad consequentiam trahenda, sed etiam in favorabilibus, quantumvis sint à iure concessa, & in eis exprimat ratio concessionis: nullo modo, inquam, valere argumentum à paritate rationis, neque extensionem faciendam esse de casu ad casum, vel personam similem. Quæ ratio superior assignata æquè de omnibus probat. Non enim extendi potest dispensatio, aut privilegium, quantumvis favorabile, nisi ex voluntate concedentis, quam si verba privilegij non manifestant, nullo modo efficacia habet. Quòd autem in privilegio exprimat ratio concessionis, non facit concessionem ad plura se extendere; talis enim expressio solum declarat motum concedentis, non extendit concessionem. Probarique potest exemplis, si enim Petro ob eius merita in privilegio expressa concedatur pluralitas beneficiorum, vel privilegium non decimandi, vel non solvendi tributum, vel habendi oratorium, non obinde inferretur tecum dispensatum esse, & omnia illa privilegia concessa, etiam si tua merita æqualia, vel maiora existerent. Item si moniali ob eius infirmitatem in privilegio expressam concedatur e monasterio egressus, non obinde est concessus aliis æquè infirmis: & ita tenet Felinus cap. postulasti, numer. 9. limitat. 1. de rescriptis. Salas diff. 20. sect. 10. num. 95. Balilius de Leo lib. 8. cap. 21. num. 3. & seq.

Quapropter ad obiectiones factas respondeo. Ad primum concedo gratis legem favorabilem extendi ad casum, in quo est eadem ratio; quia lex pendet à ratione: at privilegium non à ratione, sed à voluntate concedentis.

Secundò dico nunquam legem extendi ad casum non comprehendendum, etiam in illo sit similis ratio; sed ex vno casu per legem deciso, alius à iudicibus decidendus venit, non ex necessitate, sed ex quadam æquitate, & conveniencia. Confirmatio ex cap. eum dilecti, solum probat, quoties adest similis ratio, sufficiens esse, ut Princeps idem decernat, & simile privilegium concedat; quod satis innuit illis verbis, ob eiusdem æquivalens similitudinem provocatus: id est, provocatus fuit privilegium innovationis concedere, non tamen de se concessum erat.

Ad caput ex parte, concedo privilegium concessum illi Abbati percipiendi decimas extendi ad novalia; quia ubi maius conceditur, concessum est minus, quod est in maiori inclusum; in illa enim priori concessione, attenda verborum proprietate novalia includebantur; siquidem novalia terra erat illius Abbatis. Ergo si illi Abbati concessæ erant decimæ ex laboribus terrarum parochiarum suarum, & novalia conceduntur secundum latam interpretationem, ac proinde non est extensio de vno casu ad alium, ob similem rationem, sed est casus in privilegio comprehensus. Et eodem modo intelligenda est l. neque ea, 22. ff. ad legem Iuliam de adulter. ubi dicitur, qui occidere potest adulteram, multo magis contumelia potest iure eum afficere; quia contumelia in ipsam occisione videtur inclusa. Quapropter habens potestatem in vitam alicuius, & in eius bonis videtur habere, quia & sunt accessoria vitæ, & tacite inclusa; sic bannitum spoiare potes, quia potes interficere: sic glossa cap. litteris, verbo prado, in fine, de rescriptis. Salas Sanchez supra.

Caput per venerabilem, fateor esse difficile, ut dixit glossa.

Primò responderi potest esse allegationem partis, valere argumentum de maiori ad minus à legitimitate in spiritualibus, ad legitimitatem temporalem; non decisionem Pontificis.

Secundò respondeo in illo casu valere, si penes concedentem legitimationem in spiritualibus, sit potestas legitimandi in temporalibus, non quia privilegium de vno casu ad alium extendatur, si casus sunt separabiles: at quando ex decentia, & æquitate separari non possunt; sed vnius concessio aliam secum trahit: tunc in concessione vnius aliud virtualiter continetur. Quia ratione diximus privilegium concessum alicui audienti diuina tempore ineredicti, extendi ad eius familiares: in presenti autem legitimitas in temporalibus, annexa legitimitati in spiritualibus, ne legitimitas in spiritualibus indecens esset, & monstruosa, siquidem (ut dicit Pontifex) monstruosum videretur, ut qui legitimus ad spirituales fieret actioes, circa seculares actus illegitimus remaneret.

Ad quartum præmitto privilegium dispensandi in votis extendi ad vota iurata, quia est accessorium, & extendi ad ea commutanda, quia commutatio, quæ ratione deficit ab æquitate, pars dispensationis est. Item privilegium testandi extendi ad codicillum, vel tanquam accessorium testamento, vel tanquam sub nomine testamenti comprehenditur; excepto enim usu, & vulgari significatione, quilibet dispositio causa mortis testamentum vocatur, ut dicitur l. Marcellus, ff. de bonis mortui.

DE
ASTRO
DALAC
TOM.
LIB. IV